

## Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

### Imprint:

Director: Mag. Renate Plöchl

Deputy director: Mag. Julian Sagmeister

Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek

Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

### Contact:

Email: [landesbibliothek\(at\)ooe.gv.at](mailto:landesbibliothek(at)ooe.gv.at)

Telephone: +43(732) 7720-53100

proprijs sub expensis.

**I**tem q̄ patronus peregrinis aptū in galea assignet locellum pro pul-  
lis sive gallinis. lignis. aqua. sale et huiusmodi rebus necessarijs inibi  
reponendis. Q̄q; per eorum si habeant cōcum aut seruum omnia eis co-  
quenda disponat.

**I**tem q̄ si aliquid in hac cōuentionis formula neglectum aut suffici-  
enter non esset praeiūsum et expressum. quod tamen iure vel cōsuetudi-  
ne ipsi patrono congrueret faciendū. **I**d pro expressō in hac formula  
p̄sentis q̄ tenore pro inserto dēbet haberi.

**Q**uiusmodi omnia et singula pūcta p̄scripta. articulos et clausu-  
las p̄notatas. patronus cū quo peregrini taliter paciscuntur sub bona fi-  
de loco veri iuramenti prestiti. se solet obligare fideliter firmiterq; ob-  
seruatur. nec contra ea se facturum aut fieri siniturū. p̄ se vel alios suo  
nomine quomodocūq;. q̄ si in aliquo pūcto vel aliquibus ipse patron⁹  
cōtrauenire p̄sumeret. quicquid inde damni allatum fuerit peregrinis  
sive in venecijs sive in transitu vel reditu totū ipse patronus exsolliere  
teneatur. scđm q̄ a peregrinis arbitratū fuerit vel iudicatum. ita ut ipi  
prosūs maneant sintq; indemnes. **S**olet quo q̄ huiusmodi conūentio  
necessarijs fiduciōnib; et alijs mūnimentis roborari. q̄uo firmior  
sit et diligentius obseruetur.

### De reliquijs p̄ciosis et venerandis que habentur venecijs.

**D**issequenter deuotis peregrinis venit cōsiderandū.  
q̄ in ciuitate ipsa veneciārū plurime p̄ciosae reliquie  
conseruantur. que ab eisdem videri et visitari. tempo-  
re intermedio quo ibidem usq; ad galee p̄parationē  
et expeditionem expectare coguntur. possunt et meri-  
to debet. nā et nos viginti duob; diebus illuc traxi-  
mus causa ex p̄dicta moram.

**I**n primis in monasterio sancti Georgij quod in mari iacet prope san-  
ctum Marcū. est brachium cum manu integra ipsius sancti georgij in  
quodam altari. **S**ed et in alio quodam altari eiusdem ecclesie sancti  
martires Cosmas et Damianus requiescūt.

**I**tem in monasterio sancte Helene iuxta castella. ipsa sancta requiescit  
Helena tota in quadam capella. que crucem dominicam Ierosolimis  
legitur inuenisse. **I**bi etiam duplex crux cōseruatur. in quarū altera  
frustum quoddam ipsius viuifici ligni. **I**n altera vero Constantini  
magni. ipius sancte Helene filij possey. ac sancte marie Magdalene  
os quoddā de pectore continetur.

**I**tem in monasterio sancti Nicolai de elo dicto. est una de sex ydrijs  
quarū aquas dñs in euāgeliō legitur cōvertisse in vinum. **I**bi etiā est  
baculus pastoralis sancti ipius pontificis Nicolai. quo dum viueret